

Mazalová, Lucie

Biblia sacra iuxta vulgatum versionem

In: Mazalová, Lucie. *Čítanka snadných textů ze středověké latiny*. 1. vyd. Brno: Masarykova univerzita, 2014, pp. 7-13

ISBN 978-80-210-6969-5; ISBN 978-80-210-6972-5 (online : Mobipocket)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/130504>

Access Date: 17. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

I. Biblia sacra iuxta vulgatum versionem

Ačkoli tento latinský překlad bible vznikl již na přelomu 4. a 5. století, je neodmyslitelnou součástí středolatinských křesťanských textů, ať už jsou z něj užívány přímé citáty, nebo aluze. *Vulgáta* vznikla jako reakce na to, že svod nejstarších verzí překladu do latiny, tzv. *Vetus Latina*, nabýval v průběhu svého rozšiřování různých podob. Papež Damas I. chtěl znění bible sjednotit a vytvořením nového překladu pověřil Jeronýma (Sophronius Eusebius Hieronymus, kolem 348–420). Ten do r. 405 zrevidoval text latinských evangelií podle řeckého textu a přeložil Starý zákon převážně z hebrejštiny, nepřeložil knihy Makabejských, knihu *Baruch*, *Sírachovce* a *Knihu moudrosti*. Od 5. st. *Vulgáta* postupně nejstarší latinské překlady bible nahrazovala. Dnes již tradiční název *Vulgata (editio)* se však užíval až od 13. st. Také Jeronýmova verze postupem času nabývala díky neustálému přepisování různých změn, takže docházelo k jejím revizím (r. 801 proběhla první – Alcuinova revize, dále revize Theodulfa z Orleánsu a další). První tisk *Vulgáty* se datuje do r. 1456. Čtvrtý tridentský koncil v r. 1546 oficiálně prohlásil *Vulgátu* za standardní latinský překlad Písma. K další revizi textu *Vulgáty* došlo r. 1590 na pokyn papeže Sixta V. (tzv. *Sixtina*) a o dva roky později na pokyn papeže Klementa VIII. byla revidována také *Sixtina* (tzv. *Sixto-clementina*). Od r. 1907 vznikala z rozhodnutí papeže Pia X. *Nova Vulgata* (tzv. *Neovulgáta*).² V současnosti latinští medievisté pracují s tzv. stuttgartským vydáním, z něhož jsou převzaty i následující ukázky. V nich doplňují interpunkci, neboť *Vulgáta* ji neobsahuje.

První pasáž pochází ze starozákonní knihy *Exodus* a je spolu s *Deuteronomiem* 5, 6–21 východiskem znění známého *Desatera* Božích přikázání. Další dvě ukázky vybírám z Nového zákona. Podobenství o boháči a Lazarovi, které je součástí *Lukášova evangelia*, slouží v křesťanství nejen jako apel k dobrému jednání, ale demonstruje také existenci zásvětních míst, zvláště tzv. Abraháмова lůna. Z *Markova evangelia* vybírám

2 Informace o *Vulgátě* čerpám z následujících publikací: GASQUET, F. A. Revision of Vulgate. In *The Catholic Encyclopedia*. Vol. 15. Ed. Ch. G. Herbermann. New York: Robert Appleton Company, 1912; GIGOT, F. The Bible. In CE. Vol. 2. New York 1907; BRUNHÖLZL, F. Vulgata–Bibelübersetzung. In *Lexikon des Mittelalters*. Band II, 88–92. Stuttgart, Weimar: J. B. Metzler, 1999. ISBN 3-476-01742-7; SARNA, N. M. Hebrew Scriptures. In *Encyclopedia of Religion*. Vol. 2. Ed. in chief M. Eliade. New York: Collier Macmillan Publishers, 1987, s. 169. ISBN 0-02-909480-1. Vše dostupné prostřednictvím portálu *Litterae ante portas* z: <<http://litterae.phil.muni.cz>>. MRÁZ, M. Hieronymus. In *Slovník latinských spisovatelů*. Ed. E. Kuťáková, A. Vidmanová a kol. Praha: Leda, 2004, s. 616. ISBN 80-7335-042-4.

pro křesťanství jednu ze zásadních biblických scén – líčení dění od Jidášovy zrady až po konání Poslední večeře. Podobně tuto scénu popisují rovněž další dvě synoptická evangelia (Matoušovo a Lukášovo); problémem stárí a vzájemné závislosti všech tří synoptických evangelií se zabývá tzv. synoptická otázka.³

Vetus testamentum, Exodus 20, 1–20

Desatero

- 1 Locutus quoque est Dominus cunctos sermones hos:
- 2 Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo servitutis;
- 3 non habebis deos alienos coram me;
- 4 non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem, quae est in caelo desuper et quae in terra deorsum, nec eorum, quae sunt in aquis sub terra;
- 5 non adorabis ea neque coles;
ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filiis in tertiam et quartam generationem eorum, qui oderunt me,
- 6 et faciens misericordiam in milia his, qui diligunt me et custodiunt praecepta mea;
- 7 non adsumes nomen Domini Dei tui in vanum;
nec enim habebit insontem Dominus eum, qui adsumpserit nomen Domini Dei sui frustra;
- 8 memento, ut diem sabbati sanctifices;
- 9 sex diebus operaberis et facies omnia opera tua,
- 10 septimo autem die sabbati Domini Dei tui non facies omne opus tu et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, iumentum tuum et advena, qui est intra portas tuas;
- 11 sex enim diebus fecit Dominus caelum et terram et mare et omnia, quae in eis sunt, et requievit in die septimo; idcirco benedixit Dominus diei sabbati et sanctificavit eum;
- 12 honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longevus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi;
- 13 non occides;

³ MERSHMAN, F. The Last Supper. In CE. Vol. 4. New York 1912.

- 14 non moechaberis;
 15 non furtum facies;
 16 non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium;
 17 non concupisces domum proximi tui nec desiderabis uxorem eius, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum nec omnia, quae illius sunt.
 18 Cunctus autem populus videbat voces et lampadas et sonitum bucinae montemque fumantem et perterriti ac pavore concussi steterunt procul
 19 dicentes Mosi: Loquere tu nobis et audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.
 20 Et ait Moses ad populum: Nolite timere, ut enim probaret vos, venit Deus, et ut terror illius esset in vobis et non peccaretis.

(*Biblia sacra iuxta vulgatam versionem*. Rec. R. Weber. Praepar. R. Gryson. 4. verbesserte Auflage. Stuttgart: Deutsche Bibelgesellschaft, 1994, s. 104–105. ISBN 3-438-05303-9.)

Slovní zásoba

sculptilis, e – vyřezaný; sculpsile, is, n. – socha; v tomto kontextu: modla

caelum, i, n. – nebe

zelotes, ae, m. – ten, kdo žárlivě miluje

iniquitas, atis, f. – hřích, nepoctivost

praeceptum, i, n. – příkázání

insons, insontis – bez viny, nevinný

memento (imperativ 2. os. sg. od meminī, isse) – pamatuj!

sanctifico, are, avi, atum – posvěcovat, v souvislosti se dnem také: oslavovat, slavit, dodržovat

benedico, ere, dixi, dictum – požehnat, posvětit

moechor, ari, atus sum – cizoložit

proximus, a, um (od prope) – bližní

asinus, i, m. – osel

lampas, adis, f. – světlo, paprsek světla, záblesk, blesk

bucina, ae, f. – roh, polnice

fumo, are, avi, atum – kouřit

Moses (Moyses), is/i, m. – Mojžíš

Novum testamentum, Evangelium secundum Lucam 16, 19–31

Podobenství o boháči a Lazarovi

- 19 Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide
- 20 et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus
- 21 cupiens saturari de micis, quae cadebant de mensa divitis.
Sed et canes veniebant et lingeabant ulcera eius.
- 22 Factum est autem, ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahae.
Mortuus est autem et dives et sepultus est. In inferno
- 23 elevans oculos suos, cum esset in tormentis, videbat Abraham a longe et Lazarum in sinu eius
- 24 et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.
- 25 Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua et Lazarus similiter mala.
Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.
- 26 Et in his omnibus inter nos et vos chasma magnum firmatum est, ut hii, qui volunt hinc transire ad vos, non possint neque inde huc transmeare.
- 27 Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei;
- 28 habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.
- 29 Et ait illi Abraham: Habent Mosen et prophetas, audiant illos.
- 30 At ille dixit: Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, paenitentiam agent.
- 31 Ait autem illi: Si Mosen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

(Biblia sacra iuxta vulgatam versionem. Rec. R. Weber. Praepar. R. Gryson. 4. verbesserte Auflage. Stuttgart: Deutsche Bibelgesellschaft, 1994, s. 1640–1641. ISBN 3-438-05303-9.)

Slovní zásoba

purpura, ae, f. – nach, nachové roucho

byssus, i, f. – jemné plátno, kment

mendicus, i, m. – žebrák

ulcus, ulceris, n. – vřed, bolák

lingo, ere, linxi, linctum – olizovat

sinus, us, m. – lůno, klín; *sinus Abrahae* symbolizuje místo odpočinku a štěstí, zmiňuje se o něm pouze *Lukášovo evangelium* 16, 23; výklady toho, se kterými místy a významy ve Starém zákoně souvisí, se různí, uvádí se buď souvislost s rodičovským obejmutím a pocitem bezpečí, nebo s polohou na lehátku při jídle a z toho plynoucí poctou⁴

Abraham (Abram), Abrahae, m. (jindy nesklonné)

sepelio, ire, ivi (ii), sepultum – pohřbít

infernus, i, m. – peklo

intinguo, ere, tinxi, tinctum – namočit

chasma, atis, n. – propast

propheta, ae, m. – prorok

paenitentia, ae, f. – pokání; paenitentia agere – kát se

resurgo, ere, surrexi, surrectum – vstát z mrtvých (opět povstat)

Novum testamentum, Evangelium secundum Marcum 14, 10–25

Jidášova zrada, přípravy na Poslední večeři

- 10 Et Iudas Scariotis, unus de duodecim, abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis;
- 11 qui audientes gavisí sunt et promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quaerebat, quomodo illum oportune traderet.
- 12 Et primo die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus et paremus tibi, ut manduces pascha?
- 13 Et mittit duos ex discipulis suis et dicit eis: Ite in civitatem et occurret vobis homo lagenam aquae baiulans. Sequimini eum.

⁴ GIGOT, F. The Bosom of Abraham. In CE. Vol. 1. New York 1907.

- 14 Et quocumque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Ubi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem?
 15 Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum et illic parate nobis.
 16 Et abierunt discipuli eius et venerunt in civitatem et invenerunt, sicut dixerat illis, et praeparaverunt pascha.

(*Biblia sacra iuxta vulgatam versionem*. Rec. R. Weber. Praepar. R. Gryson. 4. verbesserte Auflage. Stuttgart: Deutsche Bibelgesellschaft, 1994, s. 1599. ISBN 3-438-05303-9.)

Slovní zásoba

sacerdos, dotis, m. – kněz

prodo, ere, didi, ditum – zradit

azymum, i, n. – nekvašený chléb (v křesť. rovněž Velikonoce); tento chléb, který se hebrejsky nazývá *maca*, připomíná spěch Židů při odchodu z Egypta⁵

pascha, ae, f. (pascha, atis, n.) – velikonoční beránek (srov. židovský svátek *pesach*)

immolo, are, avi, atum – zabíjet, obětovat

laguena (lagoena, lagena, laguna), ae, f. – džbán

baiolo, are – nést

quia – že

refectio, onis, f. – jídelna

cenaculum, i, n. – jídelna (v podkroví)

Poslední večeře

17 Vespere autem facta venit cum duodecim

18 et discumbentibus eis et manducantibus ait Iesus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis me tradet, qui manducat mecum.

19 At illi coeperunt contristari et dicere ei singillatim: Numquid ego?

20 Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intinguit mecum in catino.

21 Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo. Vae autem homini illi, per quem Filius hominis traditur. Bonum ei, si non esset natus homo ille.

22 Et manducantibus illis accepit Iesus panem et benedicens fregit et dedit eis et ait: Sumite, hoc est corpus meum.

23 Et accepto calice gratias agens dedit eis et biberunt ex illo omnes.

⁵ LYČKA, M. Heslo „maca“. In PAVLINCOVÁ, H. aj. *Slovník Judaismus, křesťanství, islám*. Praha: Mladá fronta, 1994, s. 66–67. ISBN 80-204-0440-6.

24 Et ait illis: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur.

25 Amen dico vobis, quod iam non bibam de genimine vitis usque in diem illum,
cum illud bibam novum in regno Dei.

(*Biblia sacra iuxta vulgatam versionem*. Rec. R. Weber. Praepar. R. Gryson. 4. verbesserte Auflage. Stuttgart: Deutsche Bibelgesellschaft, 1994, s. 1599–1600. ISBN 3-438-05303-9.)

Slovní zásoba

numquid – v otázkách, na které se očekává záporná odpověď: snad ne; je možné, že

catinus, i, m. – mísa

panis, is, m. – chléb

calix, icis, m. – kalich

testamentum, i, n. – smlouva

effundo, ere, fudi, fusum – vylévat

genimen, minis, n. – plod

vitis, is, f. – réva